Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IOHAN

difficilia intellectu quae indocti et
instabiles deprauant sicut et ceteras scripturas ad suam ipsorum p
dictionem. Vos igitur fratres presci
entes haec custodite uosmet ipsos
ne insipientium errore traducti ex
cidatis a propria firmitate. Crescite uero in gratia et in cognitione do
mini nostri et saluatoris iesu xpi
ipsi gloria et imperium et nunc et
in die aeternitatis amen. incipit prologus in epistolam iohannis

Quod fuit ab initio quod
audiuimus quod uidi
mus oculis nostris quod
perspeximus et manus
nostre contrectauerunt de uerbo uitae
et uita manifestata est et uidimus
et testamur et annuntiamus uobis
uitam aeternam quae erat apud pa
trem et apparuit nobis. Quod si
uidimus et audiuimus annuntia
mus uobis ut et uos societatem
habeatis nobiscum et societas nostra
sit cum patre et filio eius iesu xo.
Et haec scribimus uobis ut gaud
eatis et gaudium uestrum plenum
sit. et hec est annuntiatio quam audi
uimus a deo et annuntiamus uo
bis quoniam deus lux est et tenebre
in eo non sunt ullae. Si dixerimus
quoniam societatem habemus cum
eo et in tenebris ambulamus men
timur et ueritatem non facimus. Si
autem in luce ambulamus sicut ipse
est in luce societatem habemus ad in
icem et sanguis iesu cristi filii eius
mundat nos ab omni peccato. Si
autem dixerimus quoniam peccatum non
habemus ipsi nos seducimus et ueri
tas in nobis non est. Si confitemur
peccata nostra fidelis et iustus est
ut remittat nobis peccata nostra
et emundet nos ab omni iniquitate.
Si dixerimus quoniam non peccauimus
mendacem eum facimus et uerbum
eius non est in nobis. III.

Filioli mei haec scribo uobis
ut non peccetis. Sed et si quis
peccauerit aduocatum habe
mus apud patrem iesum
iustum et ipse est propitiatio pro
peccatis nostris non pro nostris autem
tantum sed etiam pro totius mundi.
Et in hoc scimus quoniam cognouimus
eum si mandata eius obs
eruamus. Qui dicit se nosse deum
et mandata eius non custodit men
dax est et in hoc ueritas non est. Qui autem
seruat uerbum eius uere in hoc ca
ritas dei perfecta est. In hoc scimus
quoniam in ipso sumus. si in ipso
perfecti sumus. Qui dicit se in ipso
manere debet sicut ille ambulauit
et ipse ambulare. Karissimi non mandatum nouum scribo uobis sed man